Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



IIII

Hic liber mandatorum dei. et lex que est in eternum. omnes qui tenent eam pervenient ad vitam. qui autem dereliquerunt eam. in mortem. Converte iacob et apprehende eam. ambula per viam ad splendorem eius. ne tradas alteri gloriam tuam. et dignitatem tuam genti alienae. beati sumus israel. quia quod placens nobis manifesta sumus. Ait equidem esto propitius deo memoribus israel. Venundati estis gentibus non propter iram. sed propter quod irritaverunt eum traditi estis adversariis. Exacerbastis enim eum qui fecit vos. dum eternum immolantes demonis. et non deo. Oblitus enim estis eum qui nutrivit vos. et contristastis nutritorem vestrum iherusalem. Vidit enim iracundiam ad vobis venientem vobis. et dixit. Audite civitates syon. adduxit enim mihi dominus luctum magnum. Vidi enim captivitatem populi mei filiorum meorum et filiarum quam superduxit illis eternus. Suscitavi illos in iocunditate. et dimisit autem illos cum fletu et luctu. Nemo gaudeat super me viduam et desolatam a multis. Delicta sum propter peccata filiorum meorum. quia declinaverunt a lege dei. Iustitias autem ipsius non cognoverunt. nec ambulaverunt per viias mandatorum dei. neque pervenerunt ad semitas eius. in iustitia ihesu christi. Venite. fines syon et memores estote captivitatem filiorum et filiarum mearum quam superduxit illis eternus. Adduxit enim super illos gentem de longinquo gentem ignotam et alienis linguis. quae non senuit neque puerorum miserta est. Et abduxerunt filios viduae et filias unicas desolaverunt. Ego autem quid possum adiuvare vos. quia enim adduxit super vos mala. ipse vos eripiet de manibus inimicorum vestrorum. Ambulate filii ambulate. ego enim derelicta sum sola. Induam me sacco obscuritatis et clamabo ad altissimum diebus meis. Ante quorum estote filii clamate ad dominum et eripiet vos de manu principum inimicorum. Ego enim spero in eternum salutem vestram et venit mihi gaudium a deo superveniens. Iucundum vobis ab eterno salvatore vestro. Remisit enim vos eternus cum gaudio et iocunditate in eternum. Sicut enim venerunt vicine sponte captivitatem vestram ad deo. sic venietis et in celeritate salutem vestram. dicit quae superveniet vobis cum honore magno et splendore eterno filii patientes sustinete iram quae superveniet vobis. Sicut enim est in te iunctus tuus. sic cito venit vobis propitium ipsius et superveniet cum ipsi assidet. Delicati mei ambulaverunt viias asperas. ducti sunt in vio grex direptus abinimicis. Iocosores estote filii et proclamate ad dominum. Erit enim memoria vestra ab eo qui ducit vos. Sicut enim fuit sensus vester in errantes ab eo. decies tantum iterum zelantes requirentes eum. Qui enim dixit vobis mala. ipse rursum adducet vobis sempiternam iocunditatem cum salute vestra. Animo gaudete et exhortamini in te quae te minantur. Nocentes pribus quae te vexaverunt. et qui gratulati sunt ruina tua. punient civitates quae seruerunt filii tui punient. et qui acceperit filios tuos. Sicut enim gavisa est in tua ruina. et letata est in casu tuo. sic contristabitur in sua desolatione. et amputabit exultationem multitudinis eius et gaudimonium eius erit in luctum. Ignis enim superveniet ei ab eterno de longinquis diebus. et habitabit ad monis in tribulationem tempis. Circumspice iherusalem ad orientem. et vide iocunditatem ad obviandum venientem. Ecce enim venient filii tui quos dimisisti dispersos. venient collecti ab oriente usque ad occidentem verbo sancti gaudentes in honorem dei. Vale te iherusalem stola luctus et vexationis tuae. et induere decore et honore. quia ad eo est tu